

Wilhelm Leyser Paul Petrejus


Christi Patientis Esaiae LXIII. Descriptio

Editio Secunda, Wittebergae: Wendt, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn817474773>

Druck Freier  Zugang





A-W
A-G
A-H
A-W
192p
A-C
A-E
A-B
Pr. 109
44 m
A-L
A-E
A-K
A-S
A-B
A-C
A-B
A-B
A-C
A-S
A-S
A-C
A-D
A-C
A-C
A-G
A
40 p
43 p
29 p
14 p
30 p
30 p
41 p
Pr. 42 p. 52 p
60 p

84.


52 b. 5.



Pr. 46
A-E
A-CC
A-A
A-B
A-B


Ja 1092 (84)


<16. Jh.>




4.1
6.7h









1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26

In hoc

TOMO XXIV. Sunt.

1. Jo. Bened. Carpovii Patris, Vindicta doctrinae de Sacramento.
2. Pulci (protr.) Ulenchus Errorum Capisticorum de Sacram. Nive et Def.
3. M. Georo Lehmann (protr.) de Sionis praesent. ex Joelas potissimum.
4. Jo. Ulricq. Mayer (protr.) de Imagine Dei Homini primario conerata.
5. Andreas Kuhn (protr.) de Universalis gratia.
6. Fredericus Hofmannig (protr.) de Symbolo Apostolico contra Calixtum.
7. Balthasar Fredericq. Saltmann (protr.) de Processione Spiritus S.
8. Jo. Fredericq. Heilbrunnensis. De Tractu Patris ad Filium. Jo. III. 44.
9. Jo. Georo Dorschauer ad Ep. Juda v. 5.
10. Hennicq. Schmid (protr.) de Cathedra Petri.
11. Hennicq. Philippus Heruart de Raytu Pauli. G. Lic.
12. Spruntur Praes. Hulfemanno de Peccato in genere et in sp. de Originali.
13. Bernard Schmid de Lingua Hebraea.
14. Wilhel. prof. Meijner. de Vita Salomonis curriculum.
15. Balthasar Boedelig de Phrasi N. Testamenti.
16. Victius de Urin et Thummim. B. G. Schum. Dr Chemubim.
17. Michael Lubmants de Judaism.
18. Francisc. Gfide Analysis ad Rom. VI. 2.
19. Kindf. Gf. Christiano Chemnitio de Peccato in Spir. S.
20. Christian Chemnitig de Tentatione sensus et in existentia Dei.
21. Idem de Fide Demonum.
22. Jo. Ernestq. Gerhardy de modo legitimo propagandi fidem.
23. - Idem de Salute Infantum ante baptismu decedentium.
24. - Quae spectat. ad Nov. Test. Syhiacum.
25. Sebastianq. Niemanni Fides Pontificia non Fides.
26. Jo. Buisantq. de Via adventu frustra a Judaeis adhuc expectato.

27. Jo. Triffring de Judaico Anno Paschali. Exod. XII, 3. p.
28. —. Idem de Angelo Federis.
29. —. Idem de Pontificum Ubraonū Vestitu sacro.
30. Jo. Bened. Carpovig de Arca Federis.
31. —. Idem de Quaestione: Quorsum Arca peruenit?
32. —. Idem ad numeros Cornutum Moyses exhibentes.
33. —. Idem ad Majemon. Hitch. VII. N. XVI.
34. —. Idem de Gigantibus.
35. —. Idem de Crethi et Pletthi.
36. —. Eundem versio Hitchot Thaanith Majemon.
37. Jo. Andreas Bosig ad 2 Thimoth. II, 22.
38. Christianus Korthold de Origine Philosoph. Barbaricae.
39. Jo. Faber Argent. de Causa, Peccati.
40. Jo. Pappi Quaest. et Resp. de Ecclesia Catholica.
41. Jacobus Froeseisen de Haeresibus et Haereticis.
42. Jo. Georg. Dooschaur de Unione Hypostatica Ca. II, 9.
43. Balthasar Raithij Specimen Collegii Biblici ex Obadi.
44. Jo. Wüstachig de Punctis Hebraonū vocalibus.
45. Jo. Winkelmanny de Messia nostro Jesu Jer. xxiii. 3-4.
46. Jacobi Leonardii Praeside Frærcigenis Flosculi Paganū Dm.
47. Wilhelmi Lyfoni Christus Patiens Gal. 4. xiii.
48. Jo. Conradi Gurrii Judai Inexpugnabiles.
49. Jo. Schmiel de Resurrectione Christi et omni.
50. Wilhelmus Lyfoni de Eadem.
51. Elia Schadaei Theses de Spiritu S.

In
 M. Jo. Philippo Parnio
 Past. et. Heilbr. lib.

47.

IN NOMINE JESU!

Christi Patientis

Esaiaë LXIII. Descriptio.

PRÆSIDE

DN. WILHELMO LYSERO,

S. S. Th. D. & P. P. Ecclesiæ Episcopalis

Ingenuæ Misnensis Decano,

RESPONDENTE

PAULO PETREJO,


Sonderburgo-Holsato.

Ad publicam disquisitionem proposita,

D. XXVIII. Martij Anno 1648.

In Auditorio Theologorum.

EDITIO SECUNDA.



WITTEBERGÆ

Characteribus MICHAELIS Wende/

ANNO M. DC. LIII.

Christi Patiens

Esais XIII. Beschreibe

DN. WILHELMO TYSER

S. S. Th. D. & R. F. Kochschel

Incunabularum

PARTIO TERTIA

Goodenow

Ad publicam distributionem

D. XVII. 1717

In Johanne

Parte

WILHELMO TYSER

Charitativus M. S. S. Th. D. & R. F. Kochschel

ANNO M. DC. LXXVII



Fragment of text from the adjacent page, including a decorative initial and words like 'men', 'dic', 'mes', 'fer', 'ma', 'in b', 'cor', 'I', 'bu', 'me', 'cor', 'D', 'La', 'da', 'ny', 'ti', 'pe', 'pio', 'ge', 'con', 'fer', 'len', 'au'.

CHRISTUS PATIENS

Esa. 63. descriptus.

THESIS I.



Legaster mellifluus *Bernhardus Serm. 43. in Cantic.* scribit: Ego fratres ab ineunte mea Conversione pro acervo meritorum, qua mihi deesse sciebam, hunc mihi fasciculum (myrrhæ) colligere, & inter ubera mea collocare curavi, colligatum ex omnibus anxietatibus & amaritudinibus Domini mei. Et paulo post ad prophetias de Mysterio passionis progreditur & pergit: *Ipsi laboraverunt & ego in labores eorum introivi Ego messui myrrham quam illi plantaverunt. Mibi hic salutaris fasciculus servatus est. Nemo tollet eum à me, super ubera mea commovebitur. Hæc meditari dixi sapientiam: in his iustitia mihi perfectionem constituit: in his plenitudinem scientia: in his divitias salutis: in his copias meritorum.*

II. Alludit ad Salvatoris Verba *Johan. IV. v. 37. 38. In hoc verbum est verum: quia alius est seminans, & alius metens. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis, alii laboraverunt, & vos in laborem eorum introistis.* Ad quæ verba ita *B. Lutherus* noster in *gh. marg. Die Propheten haben geseet. Pet. 1. (in exemplari B. Lutheri sunt Latina verba. Non sibi) Sie habens nicht ihnen selber/sondern uns dargethan. Laboraverunt Prophetæ V. T. & seminaverunt myrrham copiosè, sed non sibi. Quamvis enim & ipsi inde salvati sint: scribendi tamen laborem non sibi, sed nostri causâ susceperunt: nos per Dei gratiam in labores eorum suscedentes, copiosam messem myrrhæ ex omnibus Prophetiarum areis colligere possumus.*

III. Elegantes myrrhæ surculi camprimis in Viridario *Esaiæ* continentur, digni omnino qui colligantur, fasciculo myrrhæ inserantur, inter ubera nostra collocentur, & cordi applicentur. Qualem etiam illum esse æstimamus, qui *Capite Prophetiæ ipsius LXIII.*

proponitur: Censemus enim omnino Spiritum Sanctum Messiam
ibi in *Passione Victorem* proponere, qui sese talem & oculis Specta-
torum exhibeat, & auribus Interrogantium exponat. Ut ita *Dialogus*
sit de *Messia in passione reportata Victoriâ*.

IV. Duo ergo, temporinos accommodantes ex præsentè Ca-
pite probabimus I. *De Messia* 2. *de reportatâ in pas-
sione victoriâ* hic agi.

DE PRIMO.

V. Primum, quod probandum sumimus, est, in hoc Capite de
Messia Spiritum Sanctum loqui. Contrarium tuetur Calvinus, & qui
eum sequuntur, ita ut Calvinus impudenter admodum scribere
ausus fuerit: *Hoc caput violenter torserunt Christiani,*
quasi ad Christum hac pertinerent, cum Prophetâ simpliciter de ipso Deo
pronunciet, atq; finxerunt hic rubiundum Christum, quod sanguine
proprio madidus esset, quem in cruce suderit. Atque nihil tale vult
Prophetâ. Quod fingendi vocabulum bis repetit Marloratus, & tam
remotam ac coactam (juxta Calvinum etiam ridiculam) interpreta-
tionem missam faciendam statuit; namque hoc pacto, juxta Mu-
seulum, sensum Prophetâ tam nostri, quam Hebræi mirabili confusione
obscurant.

VI. Pareus lib. 2. Cap. 20. pag. 162. 163. contra B. Hunnium, Calvi-
ni hoc *ἐν κλημῆ* palliare quidem conatur, sed ita ut sibi ipsi non
constet, & vi veritatis adactus ista scribere cogatur; torquendi ver-
bum *duriusculum* non probo. Item: meo judicio & ille Calvinus nimis
rigidè suam sententiam ab aliis dividit, & iste; Item, vel necessario con-
jungendæ sententiæ sunt minimeq; distrahendæ, vel ruit præclarum Dei-
tatis Christi argumentum. Fateetur, Victorem eundem apud Johannem
esse Christum. Item, Esaiam dicere Jehovam esse Victorem hostium &
vindictam Ecclesiæ in Christi personâ. Sic idem in Comment. in Apoc. 19.
cap. asserit quidem apud Esaiam Cap. 63. v. 3. Jehovam de Idumæis
vindictam lumere, sed mox subjungit: *Prophetia est de Christo.*

VII. AFFIRMATIVA nostra est, quam probamus I. *Ex toto Con-*
textu & propheticâ loquendi formâ, quæ ex ipsâ tractatione mani-
ficus

filius quidem patere posset. Unum vel alterum saltem hic attin-
 gamus. Versu 1. *Loqui illius est propriè, qui Verbum Jehovæ: sic*
pulebritudo & robur Messie ex Psalm. 45. adducitur: loqui in Justitiâ
est utiq; judicare in justitia & percutere terram virgâ oris sui Esa. 11.
v. 4. Confer Hosu 10. v. 11. Joel. 2. v. 23. Salvatoris titulus cum Epithe-
to מֶלֶךְ מַגְּנִי, Christo propriissimè convenit. Versu 2. vestimen-
tum ex sanguine uvæ rubrum ex Gen 49. 11. de sumptum. Vers: 3. soli-
taria torcularis calcatio Act 4. & Apoc. 19. ad Christum refertur V. 4.
dies ultionis à Messia prædicandus Esa. 61. v. 2. ut & annus voluntatis
Domini ad prædicandum captivis libertatem, qui cap. 62. v. 12.
redempti Domini emphaticâ voce à מְשִׁיחַ redemit, vindicavit (Confer
Levit. Cap. 25. v. 23. Ruth. 2. v. 19. cap. 4. v. 16. in quibus locis vera ejus-
modi redemptionis, liberationis & vindicationis jura, descri-
buntur, cum Gen. cap. 48. v. 16. Job. 19. v. 25. Esa. 52. 3.) derivata. Ex qui-
bus omnibus satis liquet, non tantum reliquam Scripturam, sed
cum primis Esaiam nostrum sic ut in hoc Capite, ita etiam alibi de
Messia loqui consuevit.

XIX. Probamus 2. ex *Contextus coherentiâ*: In aliquot eni-
 antecedentibus Capitibus de Messia ex professo egerat noster
 Propheta, confer Esa. 61. v. 1. cum Luc. 4. 21. & ut reliqua omittamus,
 immediatè præcedentis Capituli ultimi versiculi omnino agunt
 de adventu Messie. Confer. Esa. 53. 4. Cap. 40. 3. & 10. Zac. 9. 9. Nam
 usq; ad extremum terræ audita Vox Domini: Adventus illius
 qui ipsa Zionis salus: cujus Merces gratuita semper cum eo; unde
 redemptorum Domini appellatio oritur: non nisi Messie con-
 gruunt. Sic & in subsequente Capite etiam si generalis Ecclesie
 subjungatur præcatio, & nominatim fiat mentio Educationis ex
 Ægypto, attamen omnino ad spiritualia Messie beneficia habe-
 tur respectus, ut statim initium hujus præcationis ostendit, in quo
 omnia Dei beneficia copulantur, & disertè *Angelus faciei*, qui Mes-
 sias (*Targum Verbum Domini interpretante*; fuit verbum ejus in re-
 demptionem) nominatur.

XIX. 3. Ex *Parallelismo & Harmoniâ*. Locum Apocalypticum
 cap. 19. nostrò omnino parallelum censemus. Calcatio enim tor-
 cularis præsentis loci planè singularis est. *Calcere torcular* in
 propria significatione habetur. Nehem 13. v. 5. Job. 24. 11. Esa. 16, 10.
 sed

sed illa hoc loco peregrina. *Metaphoricè torcular malitiæ, Joel. 3. v. 18. producitur: plenum est torcular, exuberant torcularia, quia multa malitia eorum.* Hanc quando Dei iudicium punit, dicitur, vel sine mentione personæ *calcari Apoc. 14. v. 20. vel Dominum calcare torcular Virginis filia Juda. Tbren. 1. v. 15. quod ipsum per Chaldaeos fecit.* At solitaria illa uni soli emphaticè asserta torcularis calcatio tantum hoc loco habetur, & Apoc. 19. ei æquipollet *αὐτὸς* Emphaticum. Ubi etiam sanguine tinctus est, antequam cum hostibus congreditur. Omnino ergo loci planè paralleli sunt, & particulae utrobique; additæ identitatem Subjecti in utroque loco ostendunt. Jam verò Apoc. 19. Christum introduci vel cœco patet. Invenire tantum hunc parallelismum & tanta erit harmoniæ evidentia, ut negari plane nequeat.

Esa. 63.

Apoc. 19.

Quis est iste?

Nomen nemo novit nisi ipse

Ego qui loquor in iustitiâ

Fidelis & verax & in iustitiâ iudicatur

Loquor

Verbum Domini

Magnus seu Magister

Rex Regum Dominus Dominans

Ruber in vestimento

Circum indutus vestimentum tinctum

Torcular calcavi solus.

sanguine αὐτὸς Ipse calcavit torcular.

X. 4. *Ex ipsorum Interpretum consonantia.* Ipse Calvinus fatetur novâ suâ glossâ se à Christianis discedere. Primò ergo Orthodoxos Doctores à nostris stare partibus certum est vel ipso Calvinò fatente. Ab antiquissimis enim Patribus Caput hoc de Passione Christi explicatum fuit. *Justinus Martyr. de verit. Christ. Religion. in Dialogo cum Tryphone T. 2. pag. 206. (Seculo II.) Et illud: Tauri pingues circumderunt me non est qui adjuvet. Denotavit & à quibus factum est. Ne unus enim quidem mortaliū omnium qui suppetias insonet à peccato immuni ferret, opulnator uni prastò adfuit. Tertullianus (Seculo III.) lib. 4. adversus Marcionem Cap. 40. p. 285. Spiritus propheticus veluti jam contemplabundus Dominum ad passionem venientem carne scil. vestitum, ut & in eâ passum, cruentum habitum carnis in vestimentorum rubore designat, conculcata & expressa vi passionis tanquam de foro torcularis, quia exinde quasi cruentati homines de vini rubore descendant. Multò manifestius Gen. & c. Lavabis*

in vino stolam suam, & in sanguine uva pallium suum: Stola & ami-
ctum carnem demonstrans, & vinum sanguinem: Ambrosius (IV. Secu-
lo) Tom. 1. lib. de Institutione Virginis Cap. 5. pag. 121. Resurrectionem
ejus Angeli ignoraverunt, quod significans Versiculi (Ps. 24.) Et in Esai-
a libro habes: Quis est iste, qui advenit ex Edom, ruber vestimentorum de
Bozra. Et utiq; minus, erat hominem resurrexisse quam virginem partu-
rire. Augustinus (V. Seculo) Serm. 178. de Tempore 5. de Ascens. Adscen-
debat enim cruoris rubore perfusus à trophæis victricibus laureatus. Vi-
derunt cæcites cuncti speciosum vulneribus Christum. Et mox: Hic est
ille fœdus in morte, pulcher in Resurrectione, candidus ex Virgine, rubi-
cundus in cruce. Primasius (VI. Seculo) in Apoc. lib. 5. T. 6. Bibliotheca
Patrum, part. 2. p. 190. Semel passus est ad multorum exhaurienda pec-
cata. Hujus vestis sic Isaias quoq; habitum memorat: Quis est iste qui ve-
nit de Edom, tinctis vestibus de Bozra. Gregorius Magnus (VII. Seculo)
Homilia 13. in Ezechielem: Torcular calcavit solus, quia solus torcular,
in quo calcatus est, calcavit, quia sua potentiâ eam, quam pertulit passio-
nem, vicis, & ex morte cum gloriâ resurrexit. Paschasius Radbertus
(Seculo IX.) in Prefat. in Mattheum: Quare rubrum, ac si diceret,
quid est, quod in carne mori voluisti, cum nullum de carne peccatum tra-
xisti, cui ille respondet, Torcular &c. Solus utiq; torcular calcavit, quia
solus mortem, quam pertulit superavit. (Seculo X.) Rudolphus Flavia-
censis in Levit. lib. 15. cap. 2. Pestes igitur ista quas tinctas dixit, non nisi
cavo Christi accipitur, in qua etiam, cum de tribulatione, quam in terris
passus est, resurgendo ascendit, effusi cruoris vestigia reservavit. Posse-
mus plures & ex his ipsis plerisq; plura, si opus foret, adducere.

XI. Ipsos Judæos 2dò Christi & Salvatoris nostri hostes atro-
cissimos contra Calvinianos producere possumus: qui licet er-
rent de Personâ Messîæ & victoriâ ab ipso reportandâ modo, dū
per excisionem Imperii Romani à Messîa ipsorum hoc exponunt,
ut Rab. Sal. Jarebi & reliqui: tam cæci tamen non fuerunt, ut i-
gnorarent hic singulare aliquid subesse, quod liberationi à Capti-
vitate Babylonica & similibus, non congrueret, unde fascinati
terrenis oppinionibus de corporali adhuc per Messiam futurâ libe-
ratione exponunt. R. Moses Hadarsam super Gen. Cap. 49. & in san-
guine uvarū indumentū suum, Indumentum Regis Messîæ erit se-
ricū rubrū ut sanguis, & erit acupictū de super aliis coloribus. Et
i pfe

ipse erit caput Israel. Et hoc est quod dictum est Esa. 63. Quare rubrum est vestimentum tuum? & in sanguine uvarum indumentum suum. Sicut dictum est ab eodem Propheta ibidem, & indumenta tua sicut calcantis in torculari.

XII. Tandem tertio ex Calvinianis proprios socios contra eos producimus. Parcum incertum esse supra vidimus. Sic & *Arcelius* in *Apoc. 19.* Vestitus illius sanguinolentus est, scilicet ex hostibus occisis, quod est boni & strenui Imperatoris ornamentum. Sic apud Esa. 63. ornatur Messias. Vel sanguinis proprii effusione, hostia enim pro nobis factus est, & in ara crucis humanum corpus, hoc est, vestitum vere sanguine proprio tinxit. Huius pertinet locus Gen. 49. Item reliqua hic adjecta desumpta sunt ex Psalm. 2 & Esa. 63. de torculari calcato Tigurini Bibliis suis hoc Argumentum præmittunt Capiti 63. Christum redeuntem in cælis victis hostibus admiratur Propheta. *Tremellius* conjungit Cap. 63, 64, 65. *Rudolphus Gualtherus*, *Piscator* & alii itidem ad Christum referunt.

XIII. ADVERSARIJ pleriq; Commentatores pro Negativâ suâ nulla Argumenta proferre consueverunt: provocant ad ipsam Contextus seriem, quæ quomodo pro ipsis faciat, vidimus. *Sculterus* in *Ideâ*. Concionum ita argumentatur: *Ostendimus antecedens Caput loqui de certitudine liberationis populi Judaici ex Babylone: Sequente verò capite orat ipse Populus, ut expectatam illam liberationem Deus quamprimum accelerare dignetur. Dubium itaq; non est, Capite hoc in intermedio eadem de re sermonem esse. Atq; hoc ipsum respondet ad rationem nostram ex Antecedentibus desumptam, falsum nempe esse omnia inde à Capite 40 secundum litteram loqui de Christo. Idq; putat ex totâ Interpretationis ipsius serio parere. Sed Respondemus, vel unicum sexagesimum primum Caput falsitatem hujus assertionis demonstrare; nunquam enim concedemus *Sculterio*, in illo literaliter agi de Esaia & typicè ad Messiam accommodari posse eum literaliter Christum id ad se applicet *Luc. IV. v. 21.* & exinde *Matth. XI. v. 5* sese Messiam esse probet: at ex littera firma surgit probatio. Nec in reductione ex Captivitate Babilonicâ invenitur gaudium tam magnum, purum & universale ut *versu 2. 3.* describitur, non convenit omnibus redeuntibus elogium *v. 3.* prolatum desolationes seculi *v. 4.* non tunc sed per Christum fuerit, reedificata,*

alie-

alienorum aggregatio v. 5. non tunc sed per vocationem gentium facta. Non fuere omnes Sacerdotes v. 6. Sed familia Sacerdotalis à reliquis omninò distincta : nec facultates gentium , duplex possessio & æterna lætitia *vers. 6. & 7.* ipsis concessa : minimè verò fœdus illud perpetuum v. 8. cum ipsis erectum.

XIV. *Idem Scultetus* ad tertiam nostram rationem excipit *vi-*
ctorem apud Esaiam calcare hostes in ira sua, Christum calcare lacum iræ
non suæ, sed omnipotentis. Respondemus 1. Etiam si diversa utro-
bique concedatur calcatio, non tamen propterea duplicem calcantem fingendum, cum in uno loco per exclusivam, in altero per emphaticum Demonstrativum idem calcans indicetur. 2. Hostes calcare & lacum in quem hostes coniecti calcare non diversa sed planè idem sunt. 3. Ira Christi & ira DEI opponenda non sunt, cum Christus sit verus DEUS. 4. Christus iratus hostibus, calcat lacum iræ divinæ, sic dictum ob iram DEI, quam hostes & promeriti sunt & in illa calcatione sentiunt. 5. Christus patiens ita in primo adventu per passionem vicit hostes, ut per secundum gloriæ adventum ultimus in Resurrectione penitus destruendus 1. Corinth. 15. ita calcavit torcular in passione, ut ultimum calcationis complementum additurus sit in extremo iudicio & universali Resurrectione, Confer. Roman. 16, 20.

XV. *Tandem* opponit nobis *Scultetus* *dissensum nostratum*, dum quidam ad primum, alii ad secundum adventum referunt. Respondemus 1. In illo omnes consentiunt, quod de Christo agat, quod contra ipsos sufficit. 2. Dissensus Interpretum modò non sit Analogiæ fidei contrarius, aut hostibus veritatis arcem prodant, Mysteriorum Scripturæ profunditatem, humanamque infirmitatem monstrat, nec tamen propterea veritas ipsa neganda, sed tantò studiosius inquirenda. 3. Adventus Christi secundus à primo pendet, & complementum alicujus rei ultimum, principium præsupponit. 4. Possunt tamen pleræq; sententiæ nostratum ad sensum principalem reduci. Argumenta *Chamieri Tom. 2. lib. 5. Cap. 21. v. 5. ut & Parai in Calvino Orthodoxo lib. 2. Cap. 20.* contra Christi Passionem sunt directa, infra ergò recurrent.

B

DE

DE SECUNDO.

XVI. ALTERUM, quod de argumento Capitis probandū est, agi
de Victoriā Christi, in S per passionem reportatā.
 Namque qui de Messia Caput hoc loqui censent, non omnes eo-
 dem modo exponunt. De *Judeis* qui ad interitum Imperii Roma-
 ni per venturum Messiam referunt, approbamus Responsonem
Lyræ h. l. ita scribentis: *Non prosequor hanc Expositionem, quoniam*
fundatur super falsum, cum Adventus Christi transferit in præteritum.

XVII. De Christianis objiciunt nobis diversitatem Explicatio-
 nem Calviniani quidam, quam & *Hieronymus* fatetur in *h. l.* scribens:
Multi nostrorum referunt ad finem mundi, in quo sive carnaliter sive spi-
ritualiter (diversa enim sententia plurimorum est) explenda contendunt.
 Nec nos eandem negare possumus. Quidam enim exponunt in
 genere, de *quavis Victoria Christi ab hostibus reportatā*, quam senten-
 tiam principalem censent, *Viega in Apoc. 19. comment. 50. Sect. 1. Ea-*
dem sententia Tremellio placet, ex nostris Tarnovio. Cornelius à Lapide
in Apoc. 19. non longè abest. Nonnulli explicant de *pænis ab in-*
credulâ Synagoga sumptis, atq; hæc sententia invenitur apud *Luthe-*
rum in Comment. h. l. Tom. 3. Jenens. Tom. 4. Witteb. Lat. Multi ex-
 ponunt de *Ascensione Christi in cælum post Passionem* quæ & commu-
 nissima est sententia, approbat eam *Glossa interlinearis & margina-*
tis apud *Lynam Cyrillus, Haymo, Hugo, Dionysius, Ambrosius, Origenes,*
Hieronymus. Alii ad adventum regium per prædicationem & gen-
 tilium conversionem referunt ut *Franciscus Forerius h. l. Cornel. à La-*
pid. in Esaiam. *Lyn* verò ad destructionem *sicilitii sui Antichristi Hie-*
rosolymis regnaturi applicat in Post. h. l. Marlonus videtur hanc
 sententiam *Luthero* attribuere, qui tamen in *gl. b. Cap.* tantum per
 applicationem hoc ad sua tempora accommodat. Plerique acci-
 piunt de *secundo Christi Adventu*, ut *Hieronymus* in *h. l.* fatetur, sic de
liberatione finali Piscator h. l. interpretatur.

XIX. Nos statuimus describi *Christum in ipsâ*
Passione, & per eam Victorem. Quæ sententia *Hiero-*
nymi est in *Cap. 66. Esa. comment. ad v. 19. Equo rufo sedebat Dominus*
ac Sal-

ac *Salvator humanum corpus assumens, cui dicitur, quare rubra sunt vestimenta tua &c. Equo autem sedebat albo, quando post Resurrectionem immortale & incorruptum corpus assumpsit. Et Venant. Honorius Fortun. lib. 8. Eleg. 5.*

*Qui venit de Edom de Bosna veste cruenta
Pulcher sanguineus candidus atq; ruber,
Calcaturus erat qui solus torcular altum
In cruce pensandus membra cruore levans
Unde sibi mista est stola candida tincta rubore.*

Alii habent *calcaturus erat qui torcularia solus.* Vide etiam dicta Patrum superius allata, quæ pleraq; hunc sensum habent. Atque hanc sententiam approbare Tertullianum, Cyrillum & Rupertum Cyprianum, Origenem, Augustinum, Gregorium ipse Cornelius à Lapide fatetur, addens: *Hic sensus non est directus, sed indirectus, sicq; rectè huic loco adaptari potest, qf. d. Passio fuit torcular Christo, quo ejus sanguis expressus fuit; itaq; fuit torcular quo demones à Christo pressi sunt & calcati. Christus enim suo sanguine peperit Victoriam, fuditq; sanguinem hostium, suaq; morte hostes occidit.*

XIX. Diversæ hæc sententiæ, nostrum quod concernit scopum in tres dispesci Classes possunt. PRIMA illorum est, qui negant literaliter de *patente Christo* hæc intelligenda esse: Sic Blas. Vieg. l. d. *Quo loco (Esa. 63.) quamvis quoad litteram sermo sit de Christo ac instar Regis Victoris, qui propter multitudinem hostium à se occisorum in prælio totus sanguine tinctus revertitur, ut ex ipso contextu manifestum est: non desunt tamen qui humanitatem Christi accipiant sanguine in Passione adspersam.* Non longè abest Cornelius à Lapide, quando in Apocal: sententiam de sanguine hostili potiore censeat, addens. *Nam aludatur ad Esa. 63. v. 1. ubi de Christo hostes trucidante dicitur, Quis est &c.* Atque hujus sententiæ Patroni, quando vel ratione Subjecti identitatem concedunt, quod idem sit, qui & sub Pontio Pilato passus & victoriam quam ipsi hic intendunt postea consecutus: Vel ratione meriti, in Passione Christi dignitatem & efficaciam quarunt; quod liberatio illa de quâ apud Esaiam agitur non possit esse nisi à DEO propter Christum placato: non possunt simpliciter illos repudiare, qui ad ipsam Christi passionem (quam ne ipsi quidem planè hic excludunt) hoc Caput applicant.

XX. SECUNDA SENTENTIA illorum est, qui literaliter quidem de **CHRISTO** etiam patiente hic agi censent, principaliter tamen **Victoriam** ejus aliquam hic describi statuunt. Quâ in sententiâ **S. noster Lutherus** fuit, qui in supra citatis scholiis in *Esa. ad Vocem Circumspexi* hæc notat: *Dicit de Passione suâ cum essem in carne nemo me curabat, nemo me suscipiebat, ridebant afflictiones meas. Cum tamen ideò venissem in carnem ut salvarem eos, ipsi autem putaverunt me oppressum, sed non sum oppressus. Salvavit enim me Justitia mea, nunc igitur regno & pœnas de Contemptoribus sumo.* Ex quibus verbis **Lutheri** omninò patet, ipsum quædam in hoc Capite cum primis **VERS. 5.** literaliter de **Christi** passione accipere, ut ipseus **Autoritas** nostræ sententiæ opponi nequeat. Hoc interim ex **Hieronymo** annotamus, illam esse duriorem aliquo modo sententiam, quæ ad ultimum **judicium** quædam ex hoc loco refert: *Neg. enim fieri potest, ait Hieronymus, quod pleriq. nostrorum facere nituntur, ut varientur tempore qua operibus copulata sunt.* Hæc proinde sententia cum nostræ non sit contraria, de eâ refutanda non sumus solliciti.

XXI. TERTIA tandem illorum est, qui existimant, si non unice planè & simpliciter, principaliter tamen & præcipuè de **Passione & Victoriâ** in ipsâ passione repositâ agi. In qua defendenda sententiâ præmunitionis loco omninò præmittimus: Statum **Exinanitionis & Exaltationis** nequaquam confundi, etiam si asseratur. (1) **Humanitatem Christi** in ipsa etiam summâ **Exinanitione** ad opus salutis nostræ procurandum concurrisse: hoc enim qui negaret, **Mediatoris officium** humanitati **Christi** simpliciter derogaret. (2) **humanitatem Christi** in operibus **Officij Mediatorij** non tantum *Abgeordnetes* sed etiam *Abgeordnete Person* per actum personalem ex communicata divina virtute peregisse. Vide **Gerhard. Exeges. de Persona Christi.** §. 283. & alios. (3) **Humanitatem Christi** in gravissimis etiam passionibus fiduciam semper retinuisse, atque ita de **Victoriâ** certam semper quoque fuisse: adeoque etiam si moreretur in morte tamen se non succumbere sed vincere certissimè sibi persuasum habuisse, quod demonstrant i. hoc ipsum asserentia **Vaticinia**, confer cum primis *Pf. 22. v. 11. 12, 20. Psal. 16. v. 8.* quæ & similia **Salvatori** fuere quam notissima. 2. **Pugnam præceden-**

cedentia *Envinencia* ex *Psalms*. 118. *vers.* 26. *Matth.* 21. 9. quæ alioqui ridicula hic certo cognitæ victoriæ certissima indicia. 3. Clarissima Christi & ante *Johan.* 2. v. 10. & in ipsâ Passione verba, *Johan.* 14. v. 30. 30. *Cap.* 16. *vers.* 33. de Victoriâ animûm planè indubium demonstrantia: cum primis verò victoriosa ejus Vox fuit, cum Consummatum est clamavit, & eo ipso mortuus fuit. 4. Rei ipsius necessitas & evidentia. Nisi enim hanc de Victoriâ certissimam semper habuisset in totâ pugnâ fiduciam, atque ita semper victor fuisset, eo ipso per pusillanimitatem succubuisset victusq; fuisset. Ex quibus omnibus omninò liquet, Christum in gravissima passionis infirmitate sese ut Victorem gerere & oculis illuminatis ita conspiciendum exhibere posse.

XXII. Præmissâ hac hypothesi, sententiam nostram *De Christo patiente* literaliter hic agi probamus I. *Ex ipso Contextu.* Quædam enim in illo inveniuntur, quæ non nisi de patiente Christo commodè explicari possunt: Vestimenta Christi sanguine respersa quomodo ex Scripturâ explicanda infra videbimus, hoc loco ita argumentamur: *Ille Victoria in qua Christus sanguine inquinatus de Auxiliatore sedulo circumspexit, illoq; non adstante præ stupore admirabundus quasi attonitus fuit; non est simplicis omnipotentis, sed illius virtutis, quæ simul infirmitatem aliquam adherentem habuit, & in qua ipse quoq; aliquid passus fuit. At talis Victoria apud Esaiam describitur. Ergo describitur in quâ adhuc aliquid passus fuit.* Antequam ad probationem accedamus, notamus. (1) Nos præsupponere in hoc Capite de Messîa agi, de illis enim qui hoc negant in primo actum Membro. Sed & hoc, non agere nos cum Judæis sed cum Christianis apud quos in confesso Messiam patiente vicisse. (2.) Proprietatem Phræos Scripturæ in prædicato tamdiu retinendam & urgendam, quamdiu ex Scripturâ & Analogia fidei constat, Subjectû propriam attribuendi rationem in Prædicato admittere. Majorem proinde quod concernit, nisi quis ad figuratum loquendi modum confugere voluerit eandem concedere cogetur: At quoad Minorem de Christo propriè hæc accipi posse, oppidò manifestum est. Certè *Chamier Tom. 2. lib. 5. Cap. 21. n. 5.* Christo magnificè ascendenti vestes sanguine foedatas convenire non putat: patienti ergo rectius quippe proximè convenire ritè colligimus.

XXIII. Novum potro Argumentum ex ipso contextu nobis suppeditat *Emphatica illa actionis presentis descriptio*, quæ per Excluzivam singulare aliquid presentis Subjecto tribui vers. 3. & 5. indicat. Calcavi solus & de populis non est vir mecum, non auxiliator, non fulciens, salvavit mihi brachium meum. Jam verò nulla actio Christo magis propria quam per Passionem facta redemptio, Creatio & similia simplicis Omnipotentia DEI opera passim soli DEO in Scripturà assignantur. At per Passionem facta redemptio soli secundæ Personæ appropriatur. *Quando excipitur, in ejusmodi locutionibus Scripturæ Excluzivam esse accipiendam de causa primariâ quæ Instrumentales non excludat, ceu DEus per Magistratum mundum gubernet, per Prophetas miracula edat, per ministros peccata remittat; cum alioqui mundum gubernare, miracula edere, peccata remittere solus dicatur; Sic Christum esse Causam principalem ratione Originis & potentie in omni liberatione reliquos ab ipso mitti.* Respondemus, (1) Nequaquam in illo agendi genere & modo Creaturas cum Creatore concurrere, sed Excluzivam omninò propriè accipiendam esse. (2) Magis propriè Excluziva suam significationem retinet, si simpliciter omnes creaturas ut in Articulo Creationis excludat, quod etiam & in Articulo Redemptionis omninò fieri debet, ut opus hoc soli secundæ Personæ attribuat. (3) Nec tantum habetur Particula solus, sed diserta remotio omnium hominum; non fuit quisquam de populo mecum, omnium item adjuvantium & fulcientium v. 3. & 5. Tandem totus Contextus monstrat *agi de illa vindictâ, qua Victor hic redemptionem prestitit v. 4.* ita ut salutem seipsum prius salvando v. 5. suis afferret; quod certè de nullâ aliâ quam in morte peractâ pugna accipi potest. Patent ista clarius ex totius Capituli Analyfi, quam, ne Argumentum hoc nimium excreseat, breviter sub finem adjungemus.

XXIV. 2 *Ex Contextus Coherentiâ.* Propheta in Capituli præcedentis fine immediatè de Christi adventu primo egerat, ipsumq; in salutem venturum annunciarat; Jam ergo cum statim de adventantis Personæ & statu subjungatur *Quæstio: utiq; melius & commodius illa explicari non poterit, quam ut de eodem Adventu primo agat, atq; tum vel cæcus palpare poterit, omnia hæc ad patientem referenda esse: Sic subsequens illa Universalis ipsiusq; etiam Ecclesiæ*

Eccleſiæ Iſraelitiçæ gratiarum actio utiq̃ue beneficium commune concernit, quod certè aliquod beneficium corporale planè eſſe nequit: quia hæc V. & N. T. Eccleſiæ non ſunt communia.

XXV. 3. Ex parallelis locis. Ex Moſe ut fonte Prophetarum hanc loquendi rationem deſumſit Propheta. DEUS ipſe *Protevangelium* hac calcandi & conterendi formulâ & quidem ita ut pes calcantis lædendus, & ſanguine tingendus ſit, promulgavit *Gen. 3.* Jacobus Patriarcha in ſuo de Chriſto Vaticinio *Gen. 49.* propius accedit; & in ſanguine *uvæ pallium* tinctum, utq̃ue calcantis torcular producit: atq̃; ita Paſſionem Chriſti inibi deſcribi ſtatuunt *Tertullianus, Auguſtinus, Hieronymus, Chryſoſtomus, Cyprianus, Theodoretus & Gloſſa ordinaria.* *Ambroſius lib. de benediçt. Patriarch. Cap. 4.* ita illud explicat: *Et in ſanguine uvæ amballadium id eſt Pallium ſuum b. c. in paſſione corporis ſui, diluit gentes ſuo ſanguine. Et benè uvam, dixit, quia ſicut uva pependit in ligno. Ipſe eſt vitis, ipſe eſt uva, vitis ligno adhaerens.* Ubi nos ad locum *Job. 15.* etiam reducit. Licet verò Jacobi verba quidam ad regnum Chriſti referant: attamen de ſpiritualli beneficio ad Meſſiam ſpectâte hoc explicandum eſſe pleriq̃; omnes cenſent. *Hieronymus in b. l.* huc etiam refert locum *Pſ. 68. v. 24.* propterea ſecundum aſſumptionem Carnis & paſſionem Crucis dicitur ad eum: *ut inſtingatur pes tuus in ſanguine.* Item *Cant. 5.* porrò ſcribens: *Hæc præmiſimus, ut cum aliis testimoniis etiam præſens capitulum congruere doceamus.* Unde & in *Cantico dicitur Canticorum: Fratrueſ meus rubicundus & candidus.* *Rubicundus in Paſſione, candidus in Reſurrectione.* Idem *Hieronymus in Eſa. 66. adv. 19. 20.* adducit locum *Zach. 1. v. 8.* ita ſcribens: *Equo ruſo ſedebat Dominus atq̃; Salvator humanum Corpus aſſumens cui dicitur: Quare rubra ſunt veſtimenta tua? Et quis eſt iſte qui aſcendit de Edom ſulva veſtimenta ejus de Boſra? &c. Equo autem albo ſedebat, quando poſt Reſurrectionem immortale & incorruptum Corpus aſſumſit.* *Martinus de Roa lib. 1. ſingularium Cap. 2.* graphice deſcribit, Chriſtum laceris veſtibus in pugna pro thorace utentem & adducit locum *Zach. 3.* de ſordidis ſacerdotis veſtibus. Nec ſine ſingulari Dei directione factum cenſemus, quod Chriſtus paſſionem inchoaturus, ad locum *Getſemane* à torcularibus diſtum ſe contulit, quod ipſum nomen nos remittit ad *Pſ. 8.* cujus titulus *על-התורתי* quòd quidam reddunt, *calcantium in torculari;* in quo *Pſalmo* paſſio quoq̃; Chriſti teſte *Apoſtolo Heb. 2.* deſcri-

pta

pta continetur. Et postquam opus Redemptionis in passione peractum, etiamsi alia torcularis calcatio *Apoc. 19.* describatur: vestitus tamen qui ante illam calcationem Salvatori jam tum sanguine tinctus tribuitur, optimè ad calcationem torcularis in passione, referri potest: quod & ipse *Piscator* agnoscit.

XXVI. 4. *Ex Consensu Orthodoxæ Antiquitatis.* Qui magno numero, & ex nonnullis etiam verba *Theol. X. & XIII.* adducta, quibus addere possemus plures alios *Cyrillum Alexandrinum Tom. 5. lib. 5. in Esaiam, Procopium in Esaiam* aliosque longè plurimos. Unum ex *Cyrillo Hierosolymitano*, qui ad *Chlamydem Christi* coccineam hoc refert tantùm addemus: *Rursus apud Pilatum cum iudicaretur rubeam vestem ferebat: illic enim posuerunt super illum chlamydem coccineam, nunquid verò & hoc scriptum est? Dicit Esaias, quis est hic progrediens ex Edom, rubrum vestimentum ejus ex Bosor? Quis alius quam ille qui per contumeliam tulit vestem purpuream. Bosor enim apud Hebræos quiddam ejusmodi sonat. Quare sunt rubra vestimenta tua, & indumenta tua sicut calcantium in torculari.* *Catech. 13. pag. 419.*

XXVII. Contra hanc nostram sententiam objicitur 1. *Vindictam sumi de hostibus terrenis, quibus Corporum & sanguis certat, regio Edom & Boz tribuatur, quæ spiritibus non conveniunt Luc. 24, 19. Eph. 6. v. 12.* Respondemus (1) nihil usitatus Prophetis esse, quam sub in volueris rerum terrenarum spiritualia nobis proponere. In hoc ipso negotio vincti in cisternâ producentur *Zach. 9. vers. 10. II. sic Luc. 11. forti armato confertur Sathanas, cui armatura detrahenda, atrium exspoliandum. Confer Coll. 1. & 2. David de hac pugna loquens in eâ transfigi caput super terrâ multam scribit Psal. 110. v. 6. Ipsa prima de Christo propheti Gen. 3. eodem modo eludi posset. (2) Si omnia propriè forent intelligenda tantùm ad Idumæos hæc pertinerent quod ne ipsi quidem contrariæ sententiæ Patroni asserere audent. (3) statuendum foret, etiam vestimentum corporaliter tantùm accipiendum esse, & ita nescio, quæ pugna in quâ DEUS vestitus apparuerit, fingenda. (4) In citatione dictorum *Luc. 24. Eph. 6.* egregia fallacia in confusione sermonis proprii & figurati committitur, quæ quatuor terminos in Syllogismo parere solet.*

XXIIX.

XXIX. II. Rubra esse vestimenta sanguine non ejus cujus crux, sed eorum, qui erant concalcati, quod de Christo quis asserat, quem sci- emus proprio sanguine non alieno salutem nostram perfecisse, Chamier, Pa- raus l. d. Respondemus. Rupertus dicit, Christum & calcare & cal- catum esse, quod cum Protevangelio congruit. 2. Propheta non di- cit simpliciter spargatur sanguis eorum super vestimenta mea, sed victoriam eorum appellat, & de illa duo dicit, quod spargatur super vestimenta, & quod descendere faciat in terram; illud de medio quo victoria repottata, sicut 1. Joh. 5. v. 4. accipi potest: hoc de ipso- rum robore quod per victoriam fuit destructum. 3. Sed esto utro- bique de hostili virtute accipiatur. At eo ipso, quo Christus sanguine proprio conspersus fuit, hostilis virtus superata fuit: Ut mortem morte vicit; Ita sanguinis sui effusione, sanguinem hostium (metaphoricè sic dictum) profudit, atq; ita proprio sanguine propriè rubefactus; hostili quoque rubefactus esse Me- taphoricè dici potest.

XXIX. III. Agitur de furore ejus, cujus Vestimenta rubra sunt. At- is furor in Christo nullus fuit in primo ejus Adventu Chamier l. d. Ad- dunt alii, non tam sua excaescentia se fulcivit, quam Patris iram sen- sit, & qua Christo excaescentia in passione tribui posset, ubi erat metus & horror? Paraus & hoc addit, cum hic victor dicat se calcare hostes in irasua; Johannes verò dicat, cum calcare lacum furoris DEI omni- potentis, victoris personam non obscure discernere. Respondemus, Sub- ordinata non sunt opponenda: Christus in primo Adventu sen- sit Patris iram, nec iratus hominibus fuit; & tamen hostibus no- stris peccato, Satanæ, Morti & Inferno insensibilissimus Adversarius extitit: Sic ob mortem Lazari infremuit & in seipso turbatus fuit Job. 11. v. 38. Et qui non missus est, ut judicet mundū in primo Ad- ventu Job. 3. v. 17. judicium mundi nihilominus, cum per passio nē Princeps hujus mundi eijceretur, esse dixit Job. 12. v. 38. Quin & ne quidem hominum Salvator sine pugna, quæ certa ratione iram subinfert, esse posset, cum forti & giganti præda sit eripienda. Esa. 49. 24. De ira Patris ex Justitia essentiali erga peccatores: & irā filii Redemptoris erga hostes supra actum. Nec ratione diversi temporis diversa hostes calcandi ratio, diversam calcantis perso- nam

nam facit, nisi diversum adventum diversos etiam Christos face-
re statuas

XXX. *IV. Christus suo sanguine non contaminat sed purgat; ad-
dit Chamier, vestimenta sanguine foedata Christo magnifice ascendenti
non conveniunt. Respondemus 1. Passio mors & sanguis Christi di-
versimodè consideranda sunt, respectu ipsius actus & respectu
consequentis effectus: illic ratione patientis, hic ratione eorum
pro quibus passus fuit: Priore respectu maledictio Gal. 3. v. 13. ei tri-
buitur, forma & decor ei denegatur Esa. 53. v. 2. 3. Posteriore, mun-
datio eidem convenit. 1. Joh. 1. v. 8. 2. Status Exinanitionis Exalta-
tionis Statui non est contrarius, sed eundem præcedit. Et nostro
scopo sufficit, Christum in priore Statu considerandum esse, in quo
ei sordidæ vestes Zach. 3. tribuuntur; ut jam non dicamus ipsum
Chamierum statim postea Deo ipsi hæc vestimenta foedata assigna-
re, quod quomodo ejusdem Majestati conveniat, ipse viderit.*

XXXI. *V. Torcular ultionem significat, & non pressuram ejus qui id
calcere dicitur, Joel 3. v. 13 Thren. 1. v. 15. Apoc. 14. v. 19. 20. Responde-
mus, in eo nos consentire, quod ultionem significet, quod non
nisi respectu hostium quos divina ira premit, dicatur: sed modus
significandi variat pro ratione subjectæ materiæ, quando ultio
hostium solius omnipotentæ divinæ, opus est, tantum agit, qui
ultionem sumit, non verò patitur: quando verò per temperamentum
divina justitia ita vindicta ab hostibus sumitur, ut ipsum ultionis me-
dium in Passione situm sit, hæc illi opponenda non est. Nequaquam
enim concedimus, quod Christus in Passione vindictam execu-
tus non sit: eum vel maximè tunc dies ultionis fuerit, quando
fortem armatum exspoliavit, & per mortem eum, qui mortis ha-
bebat imperium, destruxit, Luc. 11. Col. 2. Ebr. 2.*

XXXII. *VI. Quibus verbis describitur Christus ut victor & Trium-
phator, illis non describitur patiens: quia differunt ut Antecedens & con-
sequens. Respondemus 1. nos de illâ victoriâ quæ ad majestaticam
Exaltationem pertinet, locum hunc non accipere. 2. potest utraq;
conjugi, ut vel quoad verba ad passionem antecedenter, quoad
victoriam consequenter referantur; vel ut ex permanentibus si-
gnis antecedens passio conspici potuerit. 3. Imò verò in ipsa pu-
gna semper victor extitit, & in opere Redemptionis perpetuo na-
turæ*

turæ divinæ potestas etiam in summâ Exinanitione se exieruit
per ipsam victricem semper humanitatem.

XXXIII. VII. *Per populos non possunt intelligi Diaboli, quia
illi non potuerunt ullo modo esse cum Christo, de illo enim tantum rectè
potest dici privatio, cui competit habitus.* Respondemus (1) in Exclufi-
vis particulis, quæ divinis operibus adjiuntur, excluduntur o-
mnia quæ extra Dei Essentiam sunt, quocunque nomine veniant
& quacunque etiam ratione aliâ considerari possint. Ita ergo & hic
excluduntur *tum* adstantes & adjuvantes sive Angeli sive homi-
nes, *tum v. 4.* nominati homines redempti, *tum* conculcati dæmo-
nes atq; populi *v. 5.* (2) Non sequitur ergo nisi potuissent qui ex-
cluduntur aliquo modo esse cum Christo non potuissent etiam
excludi ab hac actione; siquidem & *Deut. 32, v. 12.* ab educatione Is-
raelitarum, ex Ægypto excluduntur Dii alienigenæ. Ergone a-
liquo modo potuissent cum Jehova Dii alienigenæ conjungi? (3)
Ejusmodi ergo Exclusionis opponuntur omnibus iis quæ jungi pos-
sent sive in rei veritate sive ex hominum opinione; atq; remo-
vent non tantum omnia quæ in hac rerum universitate sunt; sed
& quæ ab humanâ ratione confingi possunt.

BREVIS DISPOSITIO ET EXPOSITIO

Ipsius Capitis.

XXXIV. Ad pleniorẽ declarationem & probationem no-
stræ sententiæ brevem delineationem ipsius capitis adijciemus.
Connexionem desumimus ex præcedentis capitis versiculis ultimis
in quibus Concio Evangelica, *de adventu salutis, unde Sion* titulus
quod Redempti Domini dicendissimi, provenit. Quod cum per *passionem*
factum sit tempus v. 4. & *actus* illius in hoc capite describitur: cui
dein in subsequente Capite communis Ecclesiæ gratiarum actio
subjungitur Descriptio ipsa *fit per apparitionem à Spiritu Prophetæ*
exhibitam; qua ad pleniorẽ inquisitionem incitatur: Unde res
ipsa per *Dialogium* proponitur, *geminam questionem* videntis &
responsionem apparentis continentem; exinde & Capitis divisio
commode petitur; cum præsertim res ipsa etiam per istas quæstio-
nes & responsiones dividatur, ut prior agat de personâ tubicudâ Re-

demptoris, altera de modo Redemptionis ex causa ruboris. Ultra-
que pars seipsam rursus in *Questionem & Responsonem* subdivi-
dit.

XXXV. PRIMA QUÆSTIO, De persona est: ne adveniens præ-
dicanda *salus Cap. 62. v. 11.* in abstracto nominata, de opere vel ef-
fectu aliquo Dei accipiatur: Ideo Propheta *duo pronomina Per-
sonæ* adhibet. *Interrogativum* *Quis* ob mysterii magnitudinem,
dum videt patientem & audit esse *Salvatorem* quæ ratio nostra con-
jungere nequit: *Demonstrativum* *Ille* quod digito quasi indi-
cat, cum nemo hic nominetur, ad illud quod ante nominatum
fuerat hoc referendum esse: Unde etiam *Subiectum* porro deter-
minat repetito ex eodem versiculo verbo *veniens*, quod Mes-
sia in V. T. cognomen fuisse ex *Johan. 1. Matth. 1. 1.* patet & notissi-
mum est. Cur vero tantus Propheta, cui Messias in Spiritu utiq;
satis notus de eo hic quærat, per *duplicita prædicata* admirationis
causam affert. (1) *Humilia gemina* indicat: *persona istius passionem*,
quam nomine loci *Edom* rubedinem significante (*Dan. 11. v. 41.*
quoq; ad sanguinolentam passionem accommodata,) indicat: *Es-
sumpta Natura* per *Vestem* quoad unionem in genere, nequa-
quam vero quoad formam & modum unionis, insinuat, tum *pas-
sibilem qualitatem* quod secundum illam & quidem cum contami-
natione quasi ob peccata imputative *assumpta rubefactus sit*: tum
eiusdem qualitatis ad officij applicationem, nomine *Boz* itidem à
loco desumpto sed rem significatam vindemiam nempe (quæ offi-
cij ratio postea plenius exponetur) hic indicante monstrat. (2) *Sub-
limia* itidem producit *gemina, de eadem Personâ*, eodem prono-
mine repetito indicata, sed *secundum humanitatem* sub alio vesti-
menti insignioris nomine consideratam, cui tribuit *tum inno-
centiam & divinorum Idiomatum communicationem* unde *splendor*
& *decor* ei assignatur: *tum eorundem in officio usurpationem, festinam*
enim esse operantis est *robur* operandi modum insinuat: *multitudo*
roboris absoluta, infinitam & divinam potentiam monstrat.

XXXVI. RESPONSO ab ipso Messia ut *Φιλαρθεπαι* osten-
deret, & officii aliquem actum exhiberet, cum Propheta reverentia
causa in genere intertia persona quæstionem proposuisset, profer-
tus

etur Pronomine *prima persona in singulari Ego*, quod ita emphaticè
prolatum, à Deo adhiberi solet, *Esa. 43. v. 10. 11, 12, 13, 15*, sic ergo &
divinam personam & numero *unam* in duabus naturis monstrat.
Humana Natura à Propheta agnita jam descripta fuit: *divina* à per-
sonalitate in voce loquendi determinatur, & ostenditur quod hic
ipse à Propheta visus sit *DEUS verbum*. Describit porrò suum tùm
Officiùm tùm *Effectum*. *Officiùm Prophetiçum* monstratur in loquen-
di actu: *Sacerdotale* in objecto, quod præfixum ¶ sicuti Deut. 6.
v. 7. indicat, & iustitia nominatur, Christo scilicet propria, & hoc ip-
so adventu promerita: *Regiùm* in voce ¶ quæ substantive
sumta Magistram atq; Dominum notat. *Effectum* quoq; gemi-
num attribuit, *Iustitiam* scilicet coram Deo & *salutem* quoad ho-
mines: qui ultimus finis in prædicatione præcedente indicatus.

XXXVII. QUÆSTIO SECUNDA ad ipsum Messiam jam *V. 2.*
dirigitur, ut affixa monstrant. Et quærit Propheta de Persona satis
informatus, jam porrò *de ipso mirabili modo Salvationis*: per adver-
bium interrogandi ¶ *quare & quare de causa* hoc sit, inquirens.
Duo verò sunt de quibus quærit. (1) *De humanitate* sub veste ite-
rum indicatæ, *passione sanguinolentâ*, nomine priore repetito; sed ex
forma nominis loci proprii, in nomen qualitatis commune trās-
posito, & ita priore explicato. (2) *De modo officii & Salvationis*, iti-
dem nomine proprio altero, per rem ipsam & actionem in ea, ex-
plicato, & ad humanitatem, sub vestimenti nomine, *rubefactionis*
modo per sanguinem uvæ expressum determinato, applicato.

XXXVIII. RESPONSIO Messia continuat similitudinem à vin- *V. 3.*
demia desumptam; & describit tùm *originem ruboris* ex conculca-
tione tùm *conculcationis causam*. Quoad prius repetit *Subiectum*
idem per affixum primæ personæ, & per *Exclusivam* ad se solum
determinat tùm *affirmativè* absolutæ singularitatis positione, *So-
lus ego*: tùm *negativè* societatis omnis remotione, *non fuit Vir. i. e.*
quisquam mecum. *Actio* conculcationis ter invenitur, & primò
quidè *absolutè* torculari jungitur, sine mentione ejus, quod in tor-
culari expressum, quod nos ipsum calcantem esse ut uvâ confide-
ratum asserimus, unde & proprio suo ut uvæ sanguine tinctus ap-
paret: Deinde verò eidem *verborepetito*, & per consimilis significa-
tionis

tionis verbum explicato, per affixum *aliud objectum*, quia affixum genere à torculari differt, indicat; quod per Ellipsin, ex ipso verbo & agendi modo desumendum, omittitur. *Modus vero agendi* quia per iram illamq; in furore geminato vocabulo auctam, exprimitur; hostile & adversum objectum hic esse ostendit. *Effectus* annexus hoc ipsum indicat: *qui ex parte hostium* quidem *asperso victoria eorum* super vestem Christi; quo vel morsus calcanei Christum rubore tingentis; vel hostilis virtutis destructio indicari potest: *Ex parte vero Christi* est omnium indumentorum contaminatio; impura quidem quoad imputationem peccatorum nostrorum ob quæ patiebatur; sanctissima verò in sese & sanctificans quoad suum fructum & effectum.

V. 4. XXXIX. *Conculcationis causam*, ex posteriore hac bellica & hostili calcatione desumit, per particulam *quod* hinc indicatam; illam verò facit duplicem, *unam* desumit *ab hostibus debellandis*, quod *dies*, prædictus scilicet juxta Dei veritatem; *Ultionis* juxta justitiam & severitatem, malitia hostium excitata, in corde suo, *tum juxta sapientiam* divini decreti ab æterno hoc salutis medicina ita ordinantis, tum verò *juxta affectum Zelotypum* ipsius Christi, ex amore erga nos homines ultionem de hostibus nostris ita exigentis. Alteram desumit *ab hominibus redimendis* & per elegantem Antithesin prioribus tribus membris agendo opponit; *ratione actionis* illic ultio per malitiam hostium irritata; *hic redemptio* à seipso profecta per exsolutum premium, redemptis pure passivè se habentibus, & quidē consanguinitatis ratione, quam vox *IN* indicat, innixa, unde & per affixum ipsi singulariter vindicatur, producit. *Ratione tandem intentionis*, cui hic parata executio verbo *veniendi* opponitur.

V. 5. XL. Hanc ipsam Redemptionem per ultionem factam, plenius declarat, & tum *Redemptorem* tum *Redemptionis modum* exponit. Et quoad *Redemptorem* quidem sese solum illum esse probat per *remotionem universalem* aliorum omnium, & per *appropriationem* totalem sibi suaq; virtuti unicè assertā. *Prius* omnimodè ut faciat, producit

docet diligentissimam suam circumspectionem; omnia ubique perlustrantem; atque cum illa hic frustranea esset, nec ullum auxilium occurreret, suam ad stuporem usq; admirationem: *Objectum* quod circumspeciendo quærebat quoad genus humanum perditum auxilia: or erat, qui per simplicem negativam particulam à tota hac actione removeretur: quoad sese operantem fulciens & cooperans, qui itidem per eandem particulam totaliter excluditur. *Posterius* vero ut ostendat, cum propriam suam in hac pugna ab hostibus & morte liberationem sibi soli suoq; brachio ut causæ efficienti vindicat: tum in liberatione nostrâ per hanc ipsam pugnam factâ, suâ iræ & indignationi, omne & principium & progressum & finem infulciendo assignat.

XLI. *Redemptionis tandem modum*, quoad rationem pugnæ cum iniquis hostibus pro captivis (præsuppositâ placatione iræ Dei per calcationem torcularis suo proprio uvæ sanguine factâ) susceptâ, tribus similitudinibus declarat. 1. *Desumitur à conculcatione*, quæ actio intensissimè pugnantium & hostilem potestatem prosternentium esse solet: ejus *objectum* facit *populos*, nempe totacaterva spiritualium hostium, duce antiquo serpente Christum in passione impugnantium Joh. 14. v. 30. hoc nomine venit. *Modum agendi* à suâ irâ & indignatione, cujus virtus & efficacia modo descripta desumit. 2. *Ab inebriatione* petitur, ubi *actio* indicat perfectè & ad satietatem usq; Messiam hostes percussurum: *Objectum* idem, hostes nempe spirituales, per affixum indicatur: *Modusq;* idem repetitur, quod ex calice furoris ejus inebriandi sint. 3. *A dejectione gravium rerum* in terram petitur. Ubi actio ipsa facilitatem involvens, cum sponte sua gravia semel impulsa terram petant, victoris robur & fortitudinem insinuat. *Terminus* quo deiciendi sunt *hostes verus* est: nempe, penitus destruenda & in pulverem usq; conculcanda vis hostiles, sicque simul perfectus agendi modus indicatur. *Objectum* denique idem quidem repetitur, sed repetita ex versiculo tertio voce *victorie* exaggeratur. Ut ita plenè perfecta universalis totalis & finalis per passionem Christi reportata victoria sufficientissimè hic descripta habeatur. Ut merito


eo eidem patienti carmen triumphale ex Apoc. 5. 12. accinamus: Di-
gnus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem & divitias & sapien-
tiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem,
AMEN AMEN.


Præstantissimo Dn. Respondenti
PAULO PETREJO
Amico suo per dilecto.


ERgò quæ cecinit divino numine plenus
Vates, una Tibi pandere cura sedet.
Et quascunque alij tenebras offundere
tentant,

Dispellis promptè, veraq; sensa probas.
Gratulor egregios ausus, studiumq; fidele,
Quod foveant semper præmia digna, pre-
COL.


Imq. f.
M. Joh. Cruger,
Lubecensis.

















nti carmen triumphale ex Apoc. 5. 12. accinamus: Di-
qui occisus est, accipere virtutem & divitias & sapien-
tiam & honorem & gloriam & benedictionem,
AMEN AMEN.

stantissimo Dn. Respondenti
U L O P E T R E J O
Amico suo per dilecto.

quæ cecinit divino numine plenus
ates, una Tibi pandere cura sedet.
uascunque alij tenebras offundere
tentant,

lis promptè, veraq; sensa probas.
egregios ausus, studiumq; fidele,
foveant semper præmia digna, pre-
COL.

Imq. f.
M. Joh. Cruger,
Lubecensis.